



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**R.P. Leonardi Lessii E Societate Iesv Theologi. In D.
Thomam De Beatitudine. De Actibus Humanis. De
Incarnatione Verbi. De Sacramentis Et Censuris.
Prælectiones Theologicae Posthumæ**

Lessius, Leonardus

Lovanii, 1645

Art. 4. Vtrum Crux Christi sit adoranda.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72898](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-72898)

Corpus Christi Adoratur Latria.

Corpus autem Christi dicitur adorari latria; quia inseparabiliter unitum est diuinitati Verbi, à quo sustentatur tamquam natura à supposito; & penetratur, sicut ferrum igne; ita ut fiat vnum suppositum & compositum, quod absolutè est latria colendum. Quamuis quod ad rem ipsam attinet, cultus latria: solum per accidens ipsum corpus attingat.

46 Imagines non sunt capaces orationis.

Dico Quartò, Imagines non sunt capaces orationis, sacrificij, oblationis, vel laudis, eo modo, quo adorationis. Ratio est, Quia hi actus externi non diriguntur ad imagines, ut per ipsas oremus, aut sacrificemus, aut exemplar laudemus. Nemo enim petit aliquid per imaginem, ut quæ nihil intelligat; nec illi sacrificat, quia sacrificium est testificatio diuinitatis & principatus rerum omnium. Oblatio etiam propriè non fit imagini; sed ministris Ecclesiæ in honorem Dei, vel ipsi Deo, aut Sanctis. Nec obstat, quòd Synodus Septima act. 7. ait, Meritò nos ad imagines reuerenter accedere oblationibus suisuam & luminarium; quia, etsi oblatio respectu imaginis non habeat rationem oblationis, habet tamen rationem simplicis adorationis. Communiori tamen significatione oblatio rectè dicitur fieri imaginibus. De Laude, Satis per se constat, solum exemplar laudari.

Nec Sacrificij.

Nec Oblationis.

Nec Laudis.

Dices, Ecclesia in festo Inventionis S. Crucis canit: O Crux aue spes vnica. Auge pijs iustitiam, resque dona veniam. Item: Sola digna tu fuisti, ferre scilicet pretium: hinc ad Crucem oratio & laus dirigitur.

Respondet, Crux in priore loco accipitur per Metonymiam, pro Crucifixo quem continuit. In altero tribuitur ei persona per Prosopopœiam figuram Rhetoricam. Et sic omnis ista laus redundat in Crucifixum; eiusque propriè est laus tota.

ARTICVLVS IV.

Vtrum Crux Christi sit adoranda?

ARTICVLVS VI.

Vtrum Reliquia sint adoranda?

47 Crux dupliciter consideratur.

Notandum, Crucem Domini dupliciter considerari. Primò, Ut est signum Christi crucifixi. Et sic est eadem ratio Crucis, & aliarum Christi Imaginum. Secundò, Ut tetigit Christi corpus, & fuit instrumentum nostræ salutis; qualis est ea, in qua pependit. Similiter elauis, lancea, corona &c. Et sic est eadem ratio Crucis, & Reliquiarum. Restat ergo, ut videamus:

Reliquia, quid.

Vtrum Reliquia Christi & Sanctorum sint veneranda & honoranda. Nomine Reliquiarum intelliguntur non solum corpus & ossa; sed etiam crines, vestes, instrumenta suppliciorum, & alia quæ Christus & Sancti suo vsu veluti consecrarunt.

Rerum hostes,

Hostes Reliquiarum primi fuerunt Iudæi, & Samaritani, qui omnia corpora censebant immunda. Deinde Gnostici, qui dicebant Martyres non rectè facere, quòd se propter Christi confessionem morti exponerent. Contra quos Tertullianus scripsit suum Scorpiaicum. Hinc enim sequebatur, eorum Reliquias non esse honorandas. Expressius autem cultum Reliquiarum oppugna-

runt: Primò, Eunomius. Deinde, Vigilantius, teste Hieronymo libro, contra Vigilantium. Postea Leo Isauricus Anno 730. & Claudius Taurinensis Anno 825. teste Iona in suo libello. Deinde, Anno 1370. Wiclef apud Waldensem tom. 3. cap. 135. & 164. Postremò, omnes hæretici nostri temporis: qui etiam dicunt Vigilantium bene scripsisse contra Reliquias; & D. Hieronymum ab ipso superatum, tantum conuictis agere potuisse.

Dico Primò; Reliquiæ Christi & Sanctorum sunt retinendæ, & debito honore colendæ. Est euidentis ratione naturali, supposita cognitione excellentiæ illorum. Et est definita in VII. Synodo act. 7. vbi Concilium iubet deponi Clericum, & excommunicari laicum, qui Reliquias contemnit. Et actio. 3. Vocat Reliquias fontes salutaris, quibus Deus multa beneficia hominibus præstat. Similia habemus in antiquissimo Concilio Gangrensi anno 324. in Paphlagonia, can. vltimo. Et Carthaginensi V. can. 14. Denique in Tridentino sess. 25.

Probatur Primò, ex Scripturis. Exodi 13. Moyses honorat ossa S. Ioseph, transferens ea ex Aegypto, iuxta ipsius prophetiam. Vnde Eccl. 49. v. 18. Ossa ipsius post mortem prophetasse dicuntur. Deuter. vltimo corpus Moysis sepelitur à Deo, ut vult Hieronymus contra Vigilantiu. Vel, quod in idem redit, ab Angelis; ut vult Epiphanius hæres. 9. nam omnes Dei apparitiones in veteri testamento factæ sunt Angelorum ministerio.

Isaiæ 11. v. 11. In eum Gentes sperabunt, & erit sepulchrum eius gloriosum: vbi Propheta prædicit sepulchrum Domini fore apud Gentes summæ venerationi; ut exponit D. Hieronymus, epist. 17. ad Marcellam.

4. Reg. 13. Deus corpus Elisei miraculo honorauit excitato mortuo qui illud contigerat.

Ecclesiastici 49. v. 12. Duodecim Prophetarum ossa pullent de loco suo. Nam corroborauerunt Iacob, & redemerunt se in fide virtutis; id est, reuiuiscant in hominum memoria & veneratione. Matthæi 9. Mulier hæmorrhoißa cum summâ veneratione tangit simbriam Domini, & curatur.

Acto. 19. Fideles venerabundi tangunt sudaria & semicinctia Pauli, & curantur.

Secundò, Ex vsu omnium Ecclesiarum. Nulla enim sunt Christianorum templa, vel altaria, in quibus ab initio non fuerunt Reliquiæ Sanctorum. Imò in Concilio Carthaginensi V. cap. 14. præcipitur, ut nulla altaria, vel memoria Martyrum dedicentur, nisi vbi aliqua sunt Martyrum Reliquiæ, ne populus aliqua superstitione teneatur, nepe si colat tamquàm Martyris sepulchrum, vbi nõ est Martyris corpus. Vnde reliquiæ sub altari ponuntur, sicut animæ Martyrum sunt sub altari, Apoc. 6. ut insinuat Augustinus sermone 11. de Sanctis.

Tertiò Probatur testimonio omnium Patrum. Fatentur quidem id hæretici, sed dicunt eos contra mentem ita scripsisse, eò quòd non possent huic morbo mederi; vel certè vi consuetudinis popularis, tamquam æstu in hunc errorem abreptos. Sed hoc nimis aperte est fallum & impiu. Athanasius in vita S. Antonij, maximi facit vestem Antonij sibi legatam, per eam recordans imaginem sanctitatis eius. Antonius summè venerabatur vestem S. Pauli Eremitæ: ex folijs palmarum. Basilus in Psalmum 115. ait: Corpora apud Iudeos tactu contaminabant; sed ossa Martyrum tactu sanctificant per gratiam qua illis insidet. Cyrillus Hierosol. Catecheci 18.

48 Essi colenda: est de fide.

Exempla Scripturae.

Ossa Ioseph.

Sepulchrum Moysis.

Sepulchrum Moysis.

Sepulchrum Moysis.

Sepulchrum Moysis.

Sepulchrum Moysis.

Sepulchrum Moysis.

Sepulchrum Moysis.

Sepulchrum Moysis.

Sepulchrum Moysis.

Sepulchrum Moysis.

Sepulchrum Moysis.

Sepulchrum Moysis.

Sepulchrum Moysis.

Sepulchrum Moysis.

Sepulchrum Moysis.

Sepulchrum Moysis.

Sepulchrum Moysis.

Sepulchrum Moysis.

Sepulchrum Moysis.

Sepulchrum Moysis.

Sepulchrum Moysis.

Sepulchrum Moysis.

Sepulchrum Moysis.

Sepulchrum Moysis.